

videlicet Rex Assyrius transtulit viatos in
Assyriam, ut transtulit Salmanassar Assyrius
deuictos Israelitas, in regionem subditam
Assyriæ. ¶ Vnde fit Damascenos venisse ex
Cyrene, siue Kir Assyriæ, ad habitandum in *Amos 9.*
Damasco: ut Amos. 9. dicitur. Et quia Mesopo-
potamia, que iuxta Assyriam est vocatur Arā
fluviorum, ideo Syri inde venientes, regioni
Damascenæ Aran dedere nomen, vocataque
est regio Damascena Syria: sicut Mesopota-
mia dicitur Syria fluviorum. ¶ Antequam
hinc discedā notare libet, vbi nos habemus,
habentem sceptrum de domo voluptatis, He-
bræis est, de domo Heden. est autem Heden
proprium nomen eius loci, in quo parady-
sus consitus erat. Ita enim Moses. Plantauit
Dominus Deus hortum in Heden, ab Oriente.
Videant docti, an proderit hic locus no-
stri Prophetæ ad subodorandum, vbi erat pa-
radysus? ¶ Notandum etiam vbi textus no-
ster habet de campo idoli Hebræis est, de cā-
po, seu valle Auen, vnde colligitur idem ido-
lum à Damascenis adoratum (scilicet vitulū) *3. Reg. 12.*
fuisse adoratum ab Israëlis, ita iubente Iero-
boam, & collocante vitulum aureum in Be-
thel, quæ postea domus Auen, propter vitu-
lum ibi constitutum, vocata est. Eundem vi-
tulum adorabant Aegyptij, vocantes eum
Apin. vnde coniectura fit, corrupto vocabu-
lo Hebræos Apin vocasse Auen. Nam Hebræi
non proferunt literam, p, durè, sed blande, ut
dixit Lyranus. & Saraceni non proferunt p, *Lyranus.*
sed prop, dicunt b. ¶ Iam Christianæ Lector